



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

3 Abbas ad propria monachu[m] nunqua[m] sinat ire.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

& non solum eos, sed omnes contentientes eis, quia non solum qui faciunt, rei iudicantur, sed etiam qui contentient facientibus. Par a enim poena & agentes & contentientes comprehendit.

C. VI. § Excommunicetur qui confinia ecclesie frangere tentaverit.

Item Nicolaus Papa b. omnibus Episcopis. Sicut e antiquitus a sanctis patribus statutum est, statuius, ut major ecclesia per circuitum xl. d. passus habeat, capella vero vel minor ecclesiastiginta. Qui autem confinia earum * constringere tentaverit, aut personam hominis, vel bona eius inde subtraxerit, nisi publicus latro fuerit, quousque emendet, & quod rapuerit reddat, excommunicetur.

C. VII. § Solvatur alario, quod pro emunitate emendatur ecclesia.

Item ex concilio Triburiensi. Si quis in atrio ecclesie pugnam committit, aut homicidium facit, quidquid pro emunitate i violata emendatum est, alario solvatur, cujuscuque fuerit ecclesia illa.

§ Emunitate] Sic etiam apud Burchardum. Ivo habet pro immunitate violata. In aliquot vetustis Gratiani exemplaribus legitur, pro emunitate ecclesie violata. Summa autem huius capiti fore habetur in Triburiensi, quod extat cap. 4. & 6.

C. VIII. § Non licet alicui hominem de ecclesia rapere.

Item Augustinus ad Bonifacium, epist. 187. Miror si quomodo tam subito fidei murum aries ruperit inimici. Novi enim qua religione semper sis ecclesiam Dei veneras. Quo insigante facere ausus es? hominem de ecclesia rapuisse? Tuus si de tuo amico forte praesumeret fugitivus, postet proculdubio intercessoris causa veniam promereri. Ergo si amicus intendit, cur Deus offenditur? Sed si de potestate praesumitur, Nabuchodonosor Regem intendit, qui causa superbia in bovem est ex homine commutatus i. Non ut confundam te hie scribo, sed ut g. filium charissimum monero. Ecclesie igitur illam revoca, quem ut irreverentissimum rapuisti. Oblatio vero domus tua a clericis ne suscipiatur, indixi b. communionemque tibi interdico, donec peracta pro ausibus vel errore a me diffinita tibi met penitentia, & tempore ordinato i, pro hoc facto corde contrito & humiliato dignum offeras sacrificium Deo.

§ Commutatus] Hoc loco ista erant interjecta, atque a regno suo profugus recedens, non ante regnum receptum, quam converti Deum praedicavit. qua a multis vetustis distant, & originalis, & Ivone. Sunt autem inter verba Gratiani infra de penitentia, dist. c. voluissent.

C. IX. § Fugientem ad ecclesiam nemo audeat abstrahere.

Item ex libro capitularium l. 5. c. 99. Reum i ad ecclesiam confugientem nemo abstrahere audeat, neque inde donare i. ad poenam vel ad mortem; ut honor Dei, & sanctorum eius conservetur; sed rectores ecclesiarum pacem & vitam, ac membra eius obtinere studeant: tamen legitime componat, quod inique fecit.

§ Donate] Sic est emendatum (antea enim legebatur, damnare.) ex capite Caroli, & concilio Moguntino, & plerisque vetustis Gratiani exemplaribus, & ceteris collectoribus: & quoniam apud Burchardum ex concilio apud Theodanis velleim,

a Rom. l. b Inter decreta Nic. in codice Ormanetti. c Anselm. l. 1. c. 47. Ivo p. 3. c. 16. Pann. l. 2. c. 87. d al. lx. * al. verum. e Burch. l. 3. c. 99. Ivo p. 3. c. 17. f Ivo p. 3. c. 22. g r. Cor. 4. h al. merdixi. i al. condonato. k Et in adjectis, c. 29. Et in concil. Moguntin. c. 39. l Burch. lib. 3. cap. 5. Ivo pars 3. cap. 23. Pann. l. 2. c. 77.

Et in Pannormia ex libro capitularium longi copiosius hoc scriptum foratur.

C. X. § Ab ecclesia arceatui ingressi, qui aliquem de ecclesia arceatui rapuerit.

Item Gelasius Vicari, Constantino, Marryni, Gelsimo, Sereno, & Timotheo Episcopis.

Prater a & Coepiscopos nosser Epiphanius in relatione suggestit, Benenatum & Maurum Benenatane municipis civitatis, in contumeliam religionis verba nimis, & plectibili contumacia profusillit, & confugientem ad ecclesie septa curialem suum non quidem tutum, aut de injuria sua securum esse dicit, aut irruptione i temerarie mentis admittit, quod potestatis quidem, vel Principibus unquam non perpetrare, ut hominem in sanctuaris confinium (captata sacerdotis absentia) relucantem, etiam tempe violentie patefecit, merito indignos esse hie communiione indicavit. Et si revera tanti factio non sentit. Nec enim iure ad supplicandum debet adire, qui e admittit facilegium non dubitavit. Nam enim intra limina tanta venerationis deputata, quousque sibi licere existimet pro lux voluntatis arbitrio, & humilitatem sibi vindicat, & futorem. Et non tres charissimi supradictos, si manifesta reos fuerint, ab omnibus parochiarum venturam communitate nostra preceptionis auctoritate prohibere: ut non solum hi, qui injuriarum sanctorum locorum probantur, merito consequantur pro factis iustitiam vindictam, verumetiam ceteri a tali praesumptione istius timore reventur.

C. XI. § Ecclesiarum non est dignum ingressi, qui eas violat.

Item Epiphanius Episcopo. AD e Episcopus ceteros diximus iustitiam, qui ecclesias violasse perhibentur, & ecclesiarum dicent esse dignos.

C. XII. § Qui ecclesiam Dei castat, & ipsos sacerdotes insequitur, sacrilegus iudicatur.

Item Pius Papa, epist. 2. Melitani. Sicut f qui ecclesiam Dei vastat, & eius pariter domaria expoliat & invadit, sit sacrilegus; ita qui eius sacerdotes insequitur, sacrilegus recedat. sacrilegus iudicatur, & r. r. § Non ergo graucatum est fornicatio, quam sacrilegium. Et licet est peccatum, quod in Deum committitur, quousque in hominem; sic gravius est sacrilegium agere, quam fornicari.

C. XIII. § Quia parva foratur, qui ecclesie eius dedicata praedia ravare tentaverit.

Item Urbanus in epist. ad omnes Episcopos, cap. 2.

Attendendum est omnibus, ne praedia ecclesiarum celestium dedicata, a quibusdam invidiosis vexentur. Quod si quis fecerit, post debita satisfactionem (que erga sacrilegos iure promenda est) ius damnetur infamia, & ceteri tradantur, ut castitate deportationis utatur g.

a Debe. l. 7. tit. 1. Ivo p. 3. c. 20. b al. verum. c al. probantur. d Ivo p. 3. c. 17. f P. 1. l. 1. c. 30. Burch. l. 3. c. 29. Ivo p. 6. c. 145. g r. Cor. 4. Moguntino sub Arnulpho, c. 1. g al. fornicari.

se tradidit, nec promissionem scriptis: sed beneficium ecclesie in manu advocati refutavit. At postquam convaluit, mox se monachum negavit fieri. Quis propter quia de beati Benedicti regula, & præcipue Patris & prædecessoris nostri sancti Gregorii Pape canonica institutio, interdicit monachum ante unius anni probationem effici, iudicamus, & auctoritate Apostolica præcipimus, ut præfatus Presbyter beneficia 1 & altaria recipiat, habeat, & quiete retineat.

C. I. ¶ *In versu exemplaribus, & apud Ivonem (quod quoniam caput hoc copiosius habetur) legitur, beneficium: sed ut glisum non est mutatum.*

C. II. ¶ *Uxor post propositum continentie dila dimitti non debet.*

Item Augustinus ad Bonifacium comitem, epistola 70.

Nos a novimus, nos testes sumus, quod omnes actus publicos, quibus occupatus eras, relinquere cupibas, & te in otium sanctum conferre, atque in ea vita vivere, in qua servi Dei monachi vivunt. Cum ergo te esse in hoc proposito gauderemus, navigasti, uxoremque duxisti. Si conjugem non haberes, dicerem tibi, quod & Tubus drimus, ut sanctitate continentie viveres: sed utrediam vitam non exhorter, impedimento conjunges, sine cuius confessione continenter tibi non licet vivere, quia de situ post illa tua verba Tubunen sis ducere non debebas, illa tamen nihil eorum sciens innocenter tibi, & simpliciter nupsit.

C. ¶ *Constitution illa caput ex verbis B. Augustini epist. 70. sed in quibusdam redidit. Ita autem interpretatur.*

Exce iste corde concepti se monachum fieri, & ore pronunciant se velie in otium sanctum conferre, non tamen postea coactus est suscipere quod corde conceperit, & ore pronunciant. Auctoritas illa Alexander secunda confirmavit B. Gregorii, & beati Benedicti, præbandis annuus subdit, sed notu: ignota vero triennium conceditur.

C. III. ¶ *Ante probationem triennii nullus in monasterio suscipiatur. Unde ex decreto Bonifacii.*

Si quis incognitus monasterium ingredi voluerit, ante triennium monachi habitus ei non præstentur. Esti intra tres annos, aut servus, aut libertus 2 colonus 3, & quaratur à Domino suo, reddatur ei cum omnibus quæ nulli, fide tamen accepta de impunitate. Si autem intra triennium non fuerit requisitus, postea quaratur non potest, nisi sit tam longè, quod inveniri non possit. Sed 3 tantum ea, quæ in monasterium adduxerit, Dominus servi recipiat.

1. ¶ *Capo hoc etiam in Damernia citatur ex Bonifacio. A Bonifacio autem & Ivone, & in pluribus versibus exemplaribus Gratiani tribuitur concilio Thetico. Sed in nullo eorum, quæ impressa, aut manuscripta habentur, invenimus est, eadem tamen sine fontis capitularibus, & apud Iulianum antecessorem novella 123. cap. 12.*

2. ¶ *Libertus] Sic emendationem est ex aliquot manuscriptoris, & ex hoc indicatio, quam Iulianus habuit etiam auctor glossæ. Antiqua legitur libet.*

3. ¶ *Sed tantum] Hac addita sunt ex hinc indicatio.*

QUÆSTIO III.

Quid autem queritur, an post traditionem si ei sua cum licentia Abbatis ad propria d redire, facile monstratur non possit fieri. Insuper etiam redire criminisum est. Qui autem rursus facti factorem digno obviare, cum potest, consuevit. Hic autem non solum non obviat, sed etiam permittendo suaver existit. Non ergo licet Abbati dare licentiam abbas retrò abeandis: nec

1. ¶ *Supra cap. 5. & 10. & part. 1. c. 16. b. Novell. 5. cap. 2. & apud Iulianum concessit novell. 123. cap. 12. cap. 15. c. 207. Euseb. lib. 1. cap. 20. l. 1. p. 1. c. 41. Parm. lib. 3. cap. 2. c. 4. ut voluit.*

illi licet utique retrorsum abire, quia ex quo semel se Abbati subiecit absque eius permissione nihil agere potest.

QUÆSTIO IV.

Si autem sine licentia Abbatis de monasterio discesserit, queritur, utrum sua sine ei reddenda, an non. Sed possessiones, & res ecclesie traditas qualiter modo alienare nec Abbatis, nec alius licet.

C. I. ¶ *Honore privetur, qui de jure ecclesie aliquid alienare præsumpsit.*

Unde Symmachus Papa [possessiones a, quas unumquisque, &c.] & iterum in synodo Romana 3. c. 6.

Quicunque b Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum oblitus Dei, & decreti huius immemor 1 inconstitutum præfens committens, prædium 2 ecclesie, magnum vel exiguum, vel quidquam de jure ecclesie alienare tentaverit, & donator, & alienator, & venditor honoris sui amissione multetur.

1. ¶ *In memor] In concilio ipso sequitur, cuius Romana civitatis sacerdotes volumus religionis nexibus devinciri. Nam, ut supra 12. q. 2. non liceat, autem est in ea synodo Romana tantum ecclesia legens Symmachus præscripsit.*

2. ¶ *Prædium] Hoc loco nonnulli verbum sextæ capituli, eorum loco referuntur hoc ex titulis epistolæ concilio: omnino, caput hoc ex verbis illius synodi suo modo collectæ aptavit.*

C. II. ¶ *PALEA.*

[Item Gregorius Anthimo Subdiacono, lib. 11. epist. 21.

Ratio e nulla permittit, ut propriis cuiusquam usus applicetur, quod pro communi utilitate datum esse cognoscitur.

C. III. ¶ *Qui revocandum putat, quod ecclesiasticulis, sacrilegii crimen incurrit.*

Item Ambrosius lib. 2. de penitentia, c. 9.

Sunt qui opes suas tumultuario mentis impulsu, non iudicio perpetuo, ubi ecclesie contulerunt, postea revocandas putaverunt. Quibus nec prima merces rata est, nec secunda, quia nec prima iudicium habuit, & secunda habuit sacrilegium. Sunt, quos penitentia opes suas divisisse pauperibus. Sic eos 1 qui penitentiam agunt, hoc solum timere oportet, ne ipsius penitentiam agant penitentiam.

1. ¶ *Sic eos] In originali legitur. Sed eos qui penitentiam agunt, hoc solum penitere non debet, nec ipsius, &c. Sed ob glossam non est emendatum.*

C. IV. ¶ *Qui sacra sacri dorellia retinere contenderit, sacrilegii crimen committit.*

Item Gregorius Sabino Subdiacono, lib. 8. epist. 6.

Sacrilegium d, & contra leges est, si quis quod venerabilibus locis relinquatur, prava voluntatis studiis, suis tentaverit compendiis retinere.

C. V. ¶ *Sacrilegi iudicantur, qui ecclesie facultates alienant.*

Item Lucius Episcopus ad Gallia & Hispania Episcopos, & epistola. cap. 6.

Omnes e ecclesie raptores, atque suarum facultatum alienatores à liminibus sancte matris ecclesie anathematizamus, Apostolica auctoritate pellimus, & damnamus, atque sacrilegos esse iudicamus:

a. ¶ *Supra 16. quæstion. possessiones. b. Anselm. lib. 4. cap. 300. Poly. lib. 6. tit. 15. c. Exer. de prebendis, cap. ratio. Ansel. lib. 1. cap. 30. Poly. cap. 13. tit. 22. d. Ansel. lib. 12. cap. 4. Poly. lib. 30. tit. 12. c. Anselm. lib. 2. cap. 4. Euseb. lib. 11. cap. 19. l. 1. v. part. 3. c. 40. & p. 14. c. 89.*